

festucam, nodatam, vantonem, & vasonem terræ, seu ramum arboris, & nos exinde foris expulimus vvarpivimus, & absentes nos fecimus, & prædictæ Ecclesiæ, vel servitoribus Ecclesiæ, sive successoribus illorum, & ad Ecclesiæ servitutem reliquimus faciendum quidquid voluerit, sine omni nostra, & heredum, ac proheredum nostrorum contradictione, vel repetitione pro mercede animarum nostrarum, & nec a nobis, vel ab hæredibus nostris aliquid ineptum fiat, nec alber-  
 10 garia, nec forum, nec avoaria, nisi tantummodo ad regendum, & ad gubernandum Ecclesiam pro mercede animarum nostrarum, & pergamenam cum atramento de terra elevavimus. Hanc enim cartulam offerfionis paginæ Alberti Notarii tradidimus, & scribere rogaverimus, in qua subter confirmans, testibusque obtulit roborandam. Actum in castro, quod dicitur Monsbellus feliciter. Signa manuum  
 istorum Ragnerii, Gislæ, Willielmi, Julittæ, & Ardezonii, qui hanc cartulam offerfionis fieri roga-  
 20 verunt; signa testium manuum Ribaldi de Alfiano, Azonis de Valentia, Mori de Barbera, Oberti Cavalli, Othonis de Montecalvo, Opizonis Testagavina, Anselmi de Camino testium, Vilelmi de Camino. Ego Albertus Notarius rogatus scripsi hanc cartulam offerfionis complevi, & dedi.

*Donatio MM. Bonifacii, Oberti, Oddoni, Henrici, & Gulielmi fratrum Ecclesiæ Astensi ex ejusdem Ecclesiæ chartulario.*

39

M C X X X I V.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Constat nos quidem Bonifacium, Obertum, Oddonum, Henricum, atque Guilielmum, nec non & matrem nostram Alasiam, cum sororibus nostris hoc donationis instrumento præsentis die inter vivos simpliciter donasse, & hujusmodi causa in præsentiarum tradidisse Astensi Ecclesiæ B. M. V. in manu Othonis Episcopi rectoris, & administratoris rerum  
 40 Ecclesiæ castrum montis Baxilii cum omnibus rebus ad dominatum ejus pertinentibus videlicet casis, & ædificiis, campis quoque pascuis, atque silvis, similiter etiam colonos, & inquilinos, atque ascriptitios, & generaliter ut prædiximus omne jus, & actionem vobis super iis rebus competentem, aut de coetero competituram in præsentis donamus, & concedimus prænominatæ Ecclesiæ, ut ea omnia deinceps habeat, teneat, & possideat, & quod sibi fideliter obsecundantibus placuerit  
 50 faciant proprio in perpetuum, de dominio vero, vel possessione alicujus rei, vel juris, aut actionis in hac donatione continentis nullam litem, nullamque controversiam deinceps a nobis, vel ab aliquo a nobis interposito quolibet modo prænominata Ecclesia sustineret (1). Si vero hanc prælibatam donationem simplicem in totum, vel pro parte audaci jussu, quandoque infringere tentaverimus, & eam simpliciter inviolatam custodire noluerimus æternam ultionem inprimis expectemus, & quod  
 60 recipierimus vindicare non valeamus. Actum in loco S. Albani confirmatum in loco Basilii ann. Incarn. D. N. J. C. 1134. nonis novembrium indict. 12. feliciter.

Prænominati donatores hoc instrumentum donationis, ut supra legitur fieri rogaverunt. Hujus donationis Ubertus Bricius signifer, Octo Vice-domini filius, Giraldus de Cella, Gullielmus de Septimo, Obertus de Laneris, Oolicus Jacobus de Cella, Tancredus, & Gullielmus de Caraxono, Magnifredus Quaglia, Henricus de Lucerna, Otto Guercius, Amedeus de Manciano cum Raimundo suo filio, Amedeus filius Amaldi, Bajalardus, Obertus Crassus, Rodulfus, & frater ejus, Otto Pellatus testes fuerunt, & multi alii cum eis fuerunt Henricus Rivo-brugente hoc donationis instrumentum scripsit, & confirmavit.

(1) Sustinebit.

*Donatio Comitis Amedei monasterio S. Mariæ de Locedio ex autographo.*

M C X X X V I I.

40

Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo trigesimo septimo, indictione undecima, tertio kalendas augusti, in castro Colei, illustrissimus ac Palatinus Comes Amedeus cum uxore sua, ac proheredibus, & principibus castellanis, sive præpositis, seu Decanis fecerunt donationem S. Mariæ de Loces, monasterii scilicet, quod situm est in terra Willelmi Marchionis fratris sui, ut videlicet liceat omnibus, qui de domo præfata sunt, & sua  
 30 sive pecora, sive alia sibi necessaria per omnem suam potestatem sive per villas, sive per castra, sive per prata nondum ad secandum parata sine aliquo debito, vel redditu, vel clusa transire, & secure iter suum agere, quoties voluerint per hanc suæ confirmationis auctoritatem suis, futurisque temporibus congregationis prædictæ firmiter, inviolabiliter hanc donationem pro Dei amore, & animarum suarum salute concesserunt, ac ne ab aliquo prædicta donatio violetur, vel conturbetur omnino statuerunt, & præcipue omnibus suis defenderetur.  
 40 Hoc præcepit Castellanis de Seguxia, hoc præpositis, hoc clusariis, hoc custodiis pratorum, hoc dominis de Casellis, hoc Vicecomiti de Baratoria, hoc & omnibus aliis castellanis, sive vernaculi aliis præceperunt, & ut eos ubicumque possunt custodirent, & subvenirent deprecati sunt, ut Deus omnibus hoc servantibus peccatorum remissionem, & gloriam sempiternam tribuat. Adaldus de Casellis cum Maria uxore firmavit. Otto, & Amedeus, & Carlo hoc firmaverunt.

*Privilegium Innocentii II. monasterio Sanctæ Mariæ de Locedio ex autographo.*

M C X L.

41

Innocentius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Ricardo Abbati monasterio Sanctæ Mariæ de Locedio, ejusque successoribus regulariter inibi viventibus. In p. p. m. cultus veræ religionis absque integritate mentis non valet integre observari. Quando vero sub occasione causarum forensium lites, & jurgia oriuntur perturbatus animus, & splendor, atque jucunditas contemplationis internæ subtrahitur. Ob hoc quia ad pacem,